

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6578

Autre(s) référence(s) : Bates 266 / Round 1112

Auteur(s) : Guillaume de Briouze [particulier]

Bénéficiaire(s) : Briouze, Saint-Gervais et Saint-Prothais (église)

Bénéficiaire(s) : Saumur, Saint-Florent (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1066-1080]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume de Briouze donne divers biens à l'église Saint-Gervase et Saint-Prothaise.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 4, p. 668-669 (pour Version II).
- b. Caix Alfred de, *Notice sur le prieuré de Briouze*, Caen, A. Hardel, 1856, p. 39, n° 2 (pour Version II).
- c. Marchegay Paul, *Chartes normandes de l'abbaye de Saint-Florent près Saumur (710-1200)*, MSAN n°30, 1880, p. 678-679 (pour Version I) ; p. 677-680 (pour Version II).
- d. Salzman Louis Francis, *The Cartulary of the Priory of St Peter at Sele*, Cambridge, s. n., 1923, n° 1 (pour Version II).
- e. Salter Herbert Edward, *Facsimiles of Early Charters in Oxford Muniment Rooms*, Oxford, Oxford University Press, 1929, n° 8 (pour Version II).
- f. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 266, p. 797-804.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1112, n° 1113 (pour Version II). Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 121 (pour Version II).

Dissertation critique

Version I : 1066-1080, probablement fin des années 1070 ; Version II : 31 janvier 1080, Saint-Georges de Boscherville ; Version III : 1080-1083. Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 797-798, 800-801, 803).

Round, n° 1112, n° 1113.

Texte établi d'après f

(Version I)

Ego Willelm(us) de Braiosa, pro Radulfi Waldulfi filii Radulfique filii sui atque Gausfridi Rufi anima, et pro meorum remissione peccatorum, et pro genitoris genitricisque meæ anima, et pro Philippo filio meo unigenito voluntarie concedente, atque pro parentorum meorum animabus, necnon pro Willelmo Anglorum rege ac pro Mahildæ regina uxore sua, et pro patrum eorum atque matrum animabus, ac etiam pro filiis filiabusque eorum, ut ipsi annuant hanc elemosinam. Et si quis inde tortitudinem facere voluerit ei ad rectitudinem teneant, in Dei omnipotentis Mariæque virginis honorem, beatissimis martyribus Gervasio et Protasio hilaris tribuo eorundem martyrum æcclesiæ totam decimam, excepto omni meo lucro dominico molendinorum de Braiosa, et thelonei pasnagiique decimam, lucum ad calefaciendum et edificandum se atque eorum homines, suorum eorumque hominum porcorum pasnagium, omnes suorum hominum consuetudines quietas, piscationum partem tertiam per omnes aquas piscandi licentiam, carrucæ unius terram cum pratis. Apud Cortelles, æcclesiam, carrucæ unius terram cum pratis, molendinum quoddam sicut in dominio habebam. Apud Scocetum æcclesiam, atque æcclesiam de Seuerai. Ad hoc autem apud Braiosam et Radulfum carpentarium cum tota terra sua tribuo, et æcclesiam sancti Nicholai de meo castello de Bremre, post mortem canonicorum qui nunc stant in æcclesiam, et modo unam provendam aptam tribuo. Et in Anglia decimæ dimidietatem nummorum meorum. In hac elemosina quam ego tribuo coenobio sancti Florentii, si tantum crescit eadem elemosina quod abbas ibi possit, in ordinatione et provisione abbatis sancti Florentii erit.

(Version II)

Ego Willelmus de Braiosa, pro Radulfi Waldi filii, Radulfique filii sui atque Gausfridi Rufi anima, et pro meorum remissione peccatorum, et pro genitoris genitricisque mee anima, et pro Philippo filio meo unigenito voluntarie concedente, atque pro parentum meorum animabus, necnon pro Willelmo Anglorum rege ac pro Mahilde regina uxore sua, et pro patrum eorum atque matrum animabus, ac etiam pro filiis filiabusque eorum, ut ipsi annuant hanc elemosinam. Et si quis inde tortitudinem facere voluerit ei ad rectitudinem teneant, in Dei omnipotentis Mariæque virginis honorem, beatissimis martyribus Gervasio et Protasio hylaris tribuo eorundem martyrum æcclesiæ totam decimam excepto omni meo lucro dominico molendinorum de Braiosa, et telonei pasnagiique decimam, lucum ad calefaciendum se et edificandum atque eorum homines, suorum eorumque hominum porcorum pasnagium, omnes suorum hominum consuetudines quietas excepto quod de eis mutuabo, eis que solvam piscationum partem tertiam, per omnes aquas piscandi licentiam, carruce unius terram cum pratis. Apud Cortelles æcclesiam, unius carrugæ terram, molendinum quoddam sicut in dominio habebam. Aput Scocetum de æcclesia hoc quod in dominio habeo. De æcclesia de Seurai, hoc quod in dominio habeo. Ultra mare, Scapuleie ecclesiam, unius carruce terram cum bobus et animalibus que ei conveniunt, in plano liberum pastum ; forestium et aquarum mearum consuetudines in terra Anglica sicut in Normannia ; denariorum meorum ultra mare decime dimidietatem ; et ultra mare et citra omnes suorum hominum consuetudines et servicia. Et si quis meorum hominum aut dederit aliquid aut vendiderit annuo. Ad hoc autem aput Braiosam et Radulfum carpentarium cum tota terra sua tribuo, et ecclesiam sancti Nicholai de castello meo de Brembre, et ecclesiam de Wassingatune et Animgadune cum duabus carrucis.

Hanc elemosinam totam mitto et concedo sancto Florentio eiusque abbati et monachis ad obedientiam, eo pacto ut usque dum ecclesia perficiatur unus duove solummodo monachi eam edificent. Postquam autem perfecta fuerit per abbatisque capitulique considerationem tot in ea monachi habeantur, quot de rebus eius vivere potuerint. Sed si hec elemosina per me aut per meos homines et amicos, aut per quemlibet in tantum creverit ut abbatia esse potuerit, per abbatis capitulique electionem imponatur abbas. Donationis huius testes sunt, Herbertus Gunduini filius, Odo Rufus de Fraxineto, Willelmus Godelini filius, Radulfus Tustini filius, Halselinus, Rogerius Ponherius, Hubertus Bonitus, Ricardus de Molinellis, Raginaldus coccus, Unsel Mansellus de Punctello, Alarius de Ponte Aldemeri, Gaufridus de Falesia Ameline filius, Gausbertus Bertranni gener, Algherus eiusdem Bertranni filius, Albericus faber, Radulfus Landrici de Boceo filius, Albericus sancti Florencii famulus. Hoc autem factum est Radulfo, Albaudo, Goscelmo de Haia sancti Florentii monachis presentibus. Scriptum hoc dictavit et linivit Primaldus eiusdem Braiosensis Willelmi capellanus.

In veneris die, id est feria sexta, feria que tunc temporis erat tertia ante Purificationem sancte Mariæ, in sancti Georgii æcclesia de Baucarii villa annuit et confirmavit Willelm(us) rex Anglorum hanc meam elemosinam, et Mahildis regina uxor sua, eorumque filii. Ad hanc annuionem et confirmationem fuerunt hi, Odo cunsul,

Hugo cunsul de Cestra, Alanus Rufus, Walterius de Meduana, Henricus de Bellomonte, Odo Gamelini filius, Willelmus Puirellus, Willelmus de Falesia, Rogerius Bigotus, Unfridus de Bohon, Ricardusque eius filius, Heunnius vicecomes, Radulfus Terrerii filius, Hauselinus, Willelmus monachus Rodomensisque archiepiscopus, Raginaldus regis capellanus, Bernardus Uspachi filius.

(Version III)

Ego Guillelm(us) de Brausia, pro meorum remissione peccatorum et pro genitoris genitricisque anima, et Radulfi Waldi filii Radulfi filii sui atque Gaufridi Ruffi anima, et pro Philippo filio meo unigenito, voluntarie concedente, atque pro parentum meorum animabus, necnon pro Will(el)mo Anglorum rege, ac pro Mathilde regina uxore sua et pro patrum eorum atque matrum animabus, ac etiam pro filiis filiabusque eorum, ut ipsi annuant hanc elemosinam et si quis inde tortitudinem facere voluerit ei ad rectitudinem teneant, in Dei omnipotentis Marieque virginis honorem, et beatissimorum martyrum Gervasii et Protasii hilaris tribuo eorundem martyrum æcclesiæ, totam decimam, hoc est de omni meo lucro dominico molendinorum de Brausia, et telonii pasnagiique decimam, lucum ad calefaciendum et edificandum se atque eorum homines, suorum hominum porcorum pannagium, omnes suorum hominum consuetudines quietas excepto quod de eis mutuabo, eisque solvam piscationum partem terciam, per omnes aquas piscandi licentiam, carruce unius terram cum pratis ; apud Cortelles æcclesiam, carruce unius terram, molendinum quoddam sicut in dominio habebam ; apud Scocetum, de æcclesia hoc quod in dominio habebam ; de ecclesia de Seurai hoc quod in dominio habebam ; ultra mare Scapuleiæ æcclesiam, unius carruce terram cum bobus et animalibus que ei conveniunt, in plano pastum liberum ; forestium et aquarum meorum consuetudines in terra Anglia sicut in Normannia ; denariorum meorum decimam totum ; et ultra mare et citra omnes suorum hominum consuetudines et servitia. Et si quis meorum hominum aut dederit aliquid aut vendiderit annuo. Ad hoc autem apud Brausia, Radulfum carpentarium cum tota terra sua tribuo, et æcclesiam sancti Nicholai de meo castello de Bremria, et æcclesiam de Wassingatune et Aningatune cum duabus carrucis.

Hoc signum Guill(el)mi regis +. Signum regine Mathildis +. Signum Hainrici comitis +. Signum Lanfranci archiepiscopi +. Signum Stigandi episcopi Cistrensis +. Signum Guillelmi de Braiosa +.